Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Cernis quod circumspecte loquatur. iam de his qui in futuro sc̄lo uidebunt
dm̄. Neq: enim omnes: sed qui digni sunt. Resurgent enim & digni & in
digni regno illo ubi uidebitur ds̄: qn̄ omnes qui in monumentis sunt
audient uocem eius & pcedent. Sed cum magna differentia. Nam qui
benefecerunt. in resurrectionem uitae: qui autem male egerunt. in re
surrectionem iudicii. Hic iudicium poenam aeternā significat: sicut & iā
illud dictum ē. Qui non credit iam iudicatus ē. Quod ergo ait sc̄s ambrosius.
Neq: is qui dm̄ uidere noluerit. Potest dm̄ uidere: quid aliud intellegi
uoluit. nisi quia his mundando cordi curam tanta redignā non uult
impendere: non uult dm̄ uidere: Uide proinde quid adiungat.
Nec in loco in quid ds̄ uidetur: sed mundo corde. Quid euidentius: quid
ex praecessius dici potuit. Ab hac igitur uisione diabolus & angeli eius.
& omnes cum eis impii sine ulla nebula dubitationis exclusi sunt:
qm̄ mundo corde non sunt. Ac p hoc quod scriptum ē. in libro iob.
uenisse angelos in conspectū dī. & uenisse cum eis diabolum: Non
ideo diabolus dm̄ uidisse credendus ē. Ipsi enim dicti sunt uenisse in
conspectum dī: non ds̄ in conspectum eorum. Ueniunt autem in con
spectum nr̄m quae uidemus: non a quib: uidemur. Uenerunt ergo
sicut in multis codicib: legitur. ut assisterent coram dō: non ut coram ipsis
ds̄. Nec opus est hoc loco immorari: ut p uirib: nr̄is conemur osten
dere quomodo & hoc temporaliter fiat. Cum in dī conspectu semp
sint omnia: Nunc enim queritur quomodo uideatur ds̄. Non ea
specie qua & in isto saeculo quib: dā uoluit apparere. quando non
solum cum abraham aliisq: iustis: uerum & iam cum ca infra tricida
locutus ē. Sed quomodo uideatur in illo regno: ubi eum filii eius
uidebunt sicuti ē. Tunc quippe satiabitur in bonis desideriū eorū.
Quo desiderio flagrabat moyses cui loqui ad dm̄ facie ad faciem non
sufficiebat: & dicebat. Ostende mihi tem & ipsum manifeste ut
uideam te. Iam quam dicere & quod in psalmo ex eodem desiderio
canitur. satiabor cum manifestabitur gloria tua: quo desiderio ardebat.